

H 1856

3.

FONTES
IMAGINARIAE TRINITATIS
PLATONICAE
EXQVIRIT,

SIMVLQVE AD
ACTVM ORATORIVM

IN

GYMNASIO HALLENSI,

HORA II. A. D. VII IANVARII A. O. R. MDCCCLXVIII.

HABENDVM,

PATRONOS ET FAVTORES

HUMANISSIME

CONVOCAT

IOHANNES GOTTOFREDVS TAVST,

RECTOR.



Digitized by srujanika@gmail.com

HALLAE MAGDEBURGICAE,

LITTERIS GRVNERTIANIS, CIC 1778.

237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000



Totius a Deo ipso promulgatae religionis. adeoque humanae salutis aedificium duobus nititur summis capitibus, seu dogmatibus primariis, mysterio scilicet *sacrosanctae trinitatis et filii Dei humana carne induiti*; quorum illud prisci ciuitatis christianaæ doctores *theologiam*, posterius *oeconomiam* appellarunt. Neutrum horum ab illo mortalium aut prorsus ignorari, aut ex sacris pandectis traditum negari potest, quisquis sempiternaæ salutis spem immoram animo vult concipere. Vtrumque vero tam arcto continetur vinculo, vt neque illa in diuina vnitate terna majestas sine legitimae auctoritatis mediatore rite coli, neque ea hominem in suam admittere benevolentiam vnionemque possit; neque merus homo officio mediatoris inter numen offendit hominemque refractarium legitime exsequendo parsit. Denique vtrumque nullis ingenii humani viribus, nullo rationis sibi relictæ acumine aut excogitari potuit, aut in lucem proferri: sed potius mortalium sapientissimis et excellenti iugencio viris sine diuina publicatione prorsus fuit clausum et incognitum. Ac Trinitatis quidem dogma, quod IVSTINVS MARTYR rectissime mysterium vocat ὑπὲρ νῦν, ὑπὲρ λόγου, ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν, id est, mente, ratione omnique conceptu longe sublimius, non nisi ex diuinis oraculis mortalibus potuisse innatescere, ipse diuinus testatur codex Ioh. I, 18. *Deum nemo vidit unquam, unigenita filius, qui in sinu patris est, is exposuit.* Quorum verborum sensus est, mortalium nemo

IV FONTES IMAGINARIAE TRINITATIS PLATONICAE.

vnquam essehtiae diuinae cognitione intuitua est gauisus, nec vlo judicii humani acumine interior ejus conditio penetrari potest, aliisque animo exacte concipienda demonstrari: solus vnigenitus Dei filius, qui aeterna generatione perpetuo in patri simu est, et perfectissima intuitua diuinitatis cognitione gaudet, trinitatis in Deo mysterium testimonio suo, quod falli non potest nec fallere, fide certa excipiendum nobis parfecit. Alterum vero religionis palmarium caput totiusque salutis humanae immotum fundamentum, quod Dei filium, generis humani mediatorem in vtero virginis humana natura, a Spiritu sancto, vniione personali induitum et virgineo partu in lucem editum exhibet ad redemtionem generis humani absoluendam, et obeundum triplex mediatoris munus, Pauli effato 1 Tim. III, 16. inter summa refertur arcana, quo inquit: sine controuersia magnum est pietatis mysterium: Deus apparuit in carne, justificatus est per Spiritum, conspectus est ab angelis, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in gloriam, id est: filius Dei nativitate sua et toto redemtionis humanae negotio, orbi decretorum diuinorum plane ignaro demonstravit, se solum vnicam salutis humanae esse caussam, a qua omnis solidam diuinitatis cognitio et salutis humanae notitia mortalibus constet. Quare sacris ac diuinis his oraculis plane aduersatur eorum opinio, qui in gentilium vatum, praeceque philosophorum quorundam scriptis dogma illud de trinitate inventisse sibi visi sunt. Ex antiquissimis huc plerumque trahitur, quod cum CEDRENO SVIDAS in voce Thulim commemorat. Thulim scilicet, qui totius Aegypti regnum ad oceanum vsque tenuerit, secundis rerum successibus elatum, tempore belli Trojani ad Serapidis contendisse oraculum, factaque re diuina, haec quaesisse: dic nobis ignipotens vera, beate, qui cursum aetherium inclinas, quis ante meum regnum potuit tantum? aut quis erit post me? Quo facto sequens ei editum fuerit responsum:

Πρότα Θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν ἀυτοῖς,

Σύμφυτα δέ πάντα, καὶ εἰς ἐν ιέντα,

Οὐ καίτος αἰώνος ετ. id est:

Principio Deus est, tum sermo, et Spiritus istis

Additur, aquaeua haec sunt, et tendentia in unum

Hujusque aeterna potestas.

Sed.

Sed cum inter antiquos Aegyptiorum reges ne nomen quidem Thulis vsquam reperiatur; nec Serapidis, id est, bouis oraculum aegyptiacum graeca lingua respondisse sit credibile: tota potius narratio in tanto totius antiquitatis de eo silentio prorsus est suspecta, et porius graeculi cu-jusquam hominis christiani, temporum recentiorum, piam subolet fraudem, qua gentilibus, suppositis oraculorum et sibyllarum responsis cum sacris paginis quodammodo consonis persuadere voluerunt, christiano-rum sacra esse antiquissima, et priscis gentilium vaticibus non incognita; adeoque vel horum auctoritate digna, quae firma ab ipsis fide excipiantur. Nec SVIDAE CEDRENIQVE auctoritas post tot saeculorum interje^ctum spatium oraculi hujus certitudinem cuiquam persuadere potest. Denique minime omnium diuinae congruit sapientiae, vt mendacissimi daemonic testimonio summum religionis dogma de S. Trinitate ad comprobandum mendacissimorum oraculorum in rebus diuinis auctoritatem detorqueatur. Haud meliori veritatis specie obscura quaedam Platonis effata a graecis non nullis patribus oborto quasi collo in dogma de S. Tri-nitate sunt conuersa. In primis eo trahitur locus Platonis ex epistola ejus ad Dionysium secunda, ad quem scribit: *Dicendum tibi nunc est per aenigmata quaedam, vt, si quid huic tabellae vel mari vel terra contingat, qui eam legerit, intelligere non posse.* Quibus praemissis addit: *est au-tem ita; circa omnium regem cuncta sunt; ipsius gratia omnia; ipse pulchro-rum omnium causa; circa secundum secunda, tertia circa tertium.* Tres his verbis designari reges putant, primum caussam omnium rerum exi-miarum, secundum rebus secundis addictum; terrium tertii. Hic sane Oedipo opus esset, qui hoc aenigma Platonicum solueret, et inde vni-tatem essentiae diuinae trinitatemque personarum erueret. At praefest nouus Oedipus, Iustinus scilicet martyr; qui vero Platonis aenigma commentariis Sphinge obscurioribus interpretatur. Is enim in secunda pro Christianis apologia contendit, Platonem non creationem modo a Mose, sed id quoque accepisse, quod in Timaeo de filio Dei physica naturalique ratione dixerit his verbis: *εξιστεν αὐτὸν ἐν τῷ παντὶ decussa-vit eum in vniuerso;* quae verba de aenea cruce ad sanctum tabernacu-lum, aduersus venenos serpentum morsus statuta interpretatur. Quae cum Plato in Mose legerit, nec intellexerit, crucis esse figuram, sed de-

VI FONTES IMAGINARIAE TRINITATIS PLATONICAE.

cussationis formam, quae literam X referat, animo complexus sit, eam, quae secundum principem deum sit, virtutem, decussatam esse in universo, dixisse; ac denique verba Platonis, *tertia circa tertium* de spiritu Mosis, qui super aquas feratur, interpretatur. Hoc vero violentum interpretandi genus speciminis loco esse potest, quibus ingenii Iusibus et detorsionibus graeci illi e Platoniorum schola patres, Iustinus, Clemens Alexandrinus, Origenes syncretismum quendam gentilis philosophiae et christiana religionis, per imprudentiam sint moliti. Longe vero audacius saeculo post Christum natum tertio id tentarunt Platonicci illi Alexandrini philosophi, qui pugnantia inter se graecarum sectarum conciliaturi dogmata, nouum quoddam eclecticum philosophandi genus excogitarunt, quod denique in syncretismum Hermetico - Platonico - Christianum degenerauit. Statuerat Plato praeter Deum incorporeum aeternum, etiam materiam aeternam. Quae duo principia aeterna neque a se invicem dependentia et sibi fuerint opposita. Deum vero, cum optimus esset, materiam agitatem et temere fluentem in ordinem redigendo mundum ex ea condidisse. Quem ut modo cum ratione congruo conderet pulcherrimum, aeternum illud exemplar esse secutum, quod ratione et sapientia sola comprehendatur. Exemplar hoc vocabat ideam, vel potius ideas omnium rerum exemplares per se subsistentes, et intelligibilia, ἔντεια ἔντεια, vere existentia numerosque exemplares, ac denique mundum intelligibilem. Huic tribuebat essentiam propriam in Deo quidem radicatam, ab eo autem velut emanatione quadam distinctam. Quae exemplares ideae, quamquam in ratione diuina, tanquam mundo suo contineantur, per se tamen existant, ac materiae modificatae conjunctae, characteres ei essentiales ipsamque largiantur essentiam. Sic vero mundus ille in Deo idealis platonicus, cum materia arctissime copulatus, et per omnes res corporeas diffusus, mundum huncce, seu totum illud ex infinitis compositum partibus procreasse, a Platone statuebatur. Sic Plato ex mundo suo ideali, materiae formam essentiali largienti, materiaque inde formata viuum conglutinabat et compingebat corpus, cui adhuc anima deesse videbatur, quae immensum hoc uniuersum et singula ejus membra animaret. Staruebat ergo mundi uniuersalem animam mediante ratione, id est municio intelligibili ex Deo emanasse,

emanasse, quae per totum mundum singulasque ejus partes diffundatur. Quae cum ex diuino illo mundo ideali originem trahat, ipsa quoque sit diuina, eoque potissimum fungatur munere, ut hujus vniuersi singularumque ejus partium motum cursumque producat, dirigat atque moderetur. Astra inde coelestiaque non modo corpora statuebat animata, sed et humanas animas ejusdem mundi animae quasdam quasi esse propagines censebat. Haec est Hyle illa Theologiae Platonicae, quam clarissimus BRUCKERVS jure meritoque fanaticam vocat philosophiam, quae tota faueat enthusiasmo.

Iam vero reflat, ut ostendamus, a quibus architectis et quoniam artificio, primo deus ille platonicus, mundus ille idealis platonicus, et anima mundi platonica, id est imaginaria illa Platoniorum trinitas in Platone tantopere dispersa, in unum coagmentata sit systema, et in ipsam disciplinam christianam insigni quadam metamorphosi translocata et surrogata. AMMONIVS ille SACAS in fine seculi post Christum natum secundi, christianis natus parentibus et in catechistica Alexandrinorum schola educatus, philosophiae ductus amore, gentilium philosophorum in Alexandria scholas frequentabat, in philosophicam euenitus cathedralm, referente Porphyrio, et dissentientes philosophorum sectas, et religiones, quae omnes fere Alexandriae vigebant, conciliare studebat. Cum vero ad gentilium defecisset religionem, omnes et philosophorum et religionum sectas vnam profiteri veritatem contendebat, quae, interpretatione adhibita, ad vnam familiam reuocari possent. Philosophiam in oriente natam, ab HERMETE Aegyptiis traditam, inde ad Graecos delatam, horum disputationibus esse deformatam; a PLATONE vero, optimo HERMETIS interprete integrum puramque esse conseruatam. Quae vero in ea, more orientis, per symbola fiatasque historias fuerint proposita, proprie a populis eorumque sacerdotibus intellecta, sinistre in deorum historias cultusque, fuisse transformata. Publicas religiones ad veterem philosophiam esse revocandas: Christum non veteres religiones abolere, sed earum modo errores corrigere voluisse, quippe qui vir egregius ac Deo gratus insignisque fuerit theurgus. Ejus vero sectatores magistri disciplinam corrupisse. Ex hujus AMMONII disciplina duo prae ceteris insignes prodiere discipuli, alter Christianus, ORIGENES scilicet adamantinus, alter gentilis, PLOTINVS. Et hic quidem AMMONII per undecim annos auditor, a quo PORPHYRIVS Ammonianae philosophiae mysteria accurate imbibit. Hi igitur Ammonianae disciplinae sectatores, in primis PLOTINVS, PORPHYRIVS IAMBlichvs, more magistri sui syncretisticо, vt ex noui foederis scriptoribus in multa mutuabantur vocabula, e.g. ἀνανιώσω, Φωτισμόν, παλιγγενεσίαν, quibus suam philosophiam excolebant, ita praecepit Platonica sua de Deo somnia, Deum primum, mundum idealem et animam mundi

VIII FONTES IMAGINARIAE TRINITATIS PLATONICAE.

mundi, multis ex sacris oraculis desumitis nominibus et phrasibus incrustabant. Sic PLOTINVS libro περὶ τῶν τριῶν ἀρχῶν ὑποτίσεων, supremum Deum perfectissimum appellat, post quem secundum ponit mentem ab illo genitam, optimam omnium ejus imaginem, quae cum eo necessario sit, et si separata et distincta, eumque intuatur. Quamquam igitur per Deum perfectissimum, patrem, per mentem filium, per amorem Spiritum sanctum designasse videri queat: minime tamen est dubitandum, eum PLATONIS Deum primum, mundum idealem, animamque mundi suppeditasse. Quid vero magis fanaticum Platonico mundo ideali, ejusdemque anima mundi potest cogitari? Tribus illis suis hypostasis principalibus, ex syncretismo Ammoniaco prognatis recentiores illi Platonici promiscua ex sc. sacra et pagana philosophia imposuere nomina. Primam hypostasin nuncuparunt modo primum ingenitum, modo patrem, itemque immobile, unum, bonum, pulchrum, infinitum, primam potestatem, Deum primum, regem regum. Alteram a prima immediate genitam filium, Deum secundum, intellectum, νοῦν atque λόγον, imaginem patris, ideam, mundum intellectualis, mundi artificem δημιουρόν. Teriam amorem, mundi animam. Eorum itaque sententia summi probabilitatis obtinet gradum, qui statuunt, Platonicos illos Scholae Ammonianae affectas et PLOTINI successores Alexandrinos, qui pravae vocis Petrinae imitatione, λέξεις γενεας vocabantur, ingenio magistri sui ejus modi syncretismum religionum eo scopo esse professos, ut virtutumque, et christianorum et paganorum in Schola sua retinerent ad plausum. Verum enim vero cum neque λόγον in carne, neque sacrificium ejus pro mundi peccatis admitterent, quem Schola catechetica profitebarat: satis prodidere, philosophiae suae doctrinam crucis lapidem offendit et petram scandali esse, sine qua nulla datur salus.

Sed properandum mihi sentio ad declarandum hujus scripti scopum, pietatem nempe Gymnasi in memoriam Oelhafianam, quae erastina luce publicis verbis recolitur. Verba autem facturi sunt in actu oratorio duo primi ordinis ciues, et quidem
IOH. CHRISTOPH. PERLBERG, Stasfurtenfis, Academiam Platonicam, humanae sapientiae fontem sermone patrio delinabit.

GEORG CHRIST. ROSENSCHOM, Onoldino-Francus, famam Platonis in triplici academia attica perennantem stilo latino declarabit, memoriamque OELHAFIANAM recolet.

Quibus RECTOR Academiam Christi in terris, diuinae sapientiae publicum fontem, cum fausta appreciatione subjunget. Quos ut benevoli attendant
PATRONI ac FAVTORES Gymnasi, cum debita honoris obseruantiaeque significatione rogantur, obseruantur.

P. P. a. d. VI. Ian. MDCCCLXVIII.

1678

H 1856

3.

FONTES
IMAGINARIAE TRINITATIS
PLATONICAE
EXQVIRIT,

SIMVLQVE AD
ACTVM ORATORIVM
IN
GYMNASIO HALLENSI,

HOR

CLXVIII.

PAT

TORES

10

AVST,

Digitized by

Digitized by

